

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Potestas t  
cum fonte primo

Princeps debet esse  
sermone affabilis,  
accessu facilis, uultu  
quo maxime populos demulcet  
amabilis, equis propensus,  
iniquis acerbus.  
Talis, inquit,  
a tota ciuitate amatur, defenditur, colitur.

Hic princeps beneficio suo tutus  
nil praesidiis eget, arma ornamenta  
causa habet.

Seneca de clementia ad Neronem.

E contrario is, cui curae sunt uniuersa,  
qui alia magis, alia minus tuetur, nullam  
non rei p. partem tamquam sui nutrit,  
inclinatos ad mitiora, etiam, si ex usu est  
animaduertere, ostendens, quam inuitus  
aspero remedio manus admoueat, in  
cuius animo nihil hostile, nihil efferum  
est, qui potentiam suam placide ac  
salutariter exercet adprobare imperia sua  
ciuibus cupiens, felix abunde sibi uisus,  
si fortunam suam publicarit,

sermone adfabilis,  
aditu accessuque facilis, uultu,  
qui maxime populos demeretur,  
amabilis, aequis desideriis propensus,  
etiam iniquis uix acerbus,

a tota ciuitate amatur, defenditur, colitur.  
Eadem de illo homines secreto locuntur  
quae palam; tollere filios cupiunt et  
publicis malis sterilitas indicta  
recluditur; bene se meriturum de liberis  
suis quisque non dubitat, quibus tale  
saeculum ostenderit.

Hic princeps suo beneficio tutus  
nihil praesidiis eget, arma ornamenta  
causa habet.

Lucius Annaeus Seneca, *De clementia*,  
11, 4-5 (F. Préchac ed., pp.32-3).